

Vigilia natiuitatis

nibus, miracula facit, per ipsum om. A III. Esse gaudendum omnibus quia natus est Iesus, qui est i. Salvator. 2. Christus, 3. Dominus, 4. David, id est manus fortis ut feriat peccatis delinquentes obstinatos. 5. vultu desiderabilis, ut fideles remuneret. IV. Natum puerum ex verbis Angeli, quinque signis inueniri. 1. ex taciturnitate. 2. ex paupertate. 3. ex puritate & munditia. 4. ex gloriosa humilitate. 5. ex egregia charitate. Tom. 12. serm. 5. de temp. a pag. 11. ad 14. col. 2. pag. 21. ad pag. 23.

* RABANI MAVRI hom. ante Natiuitatem Domini Iesu Christi. Initio hortatur ut ad sumendum corpus Domini, in Natali eius præparemur. II. Debere nos virtutibus ornari. III. Non esse peccatoribus desperandum de pietate Domini, sed ad penitentiam recurrendum. Tom. 5. pag. 580. col. 2. & 581. col. 1.

Nota plures extare homilia eiusdem Rabani tom. eodem a pag. 626. & seq. tam in dominicas quam in ferias plerasque & festa a Pascha usque ad Adventum; sed quia sunt continuae explanationes textus Epistolarum & Evangeliorum incidentium; aut certe compilaciones homiliarum ac sermonum antiquiorum Patrum; in hoc opus reducendas non iudicemus. Quod semel hoc loco monemus.

Eiusdem hom. 2. Excitat ut ad solemnitates sanctorum præsertim Natiuitatis Domini, virtutis vacuati, virtutibus ornati disponamur. II. requirit præsertim ut viri a proprijs vxoribus abstineant, & ab ebrietate, tam ab alijs virtutis. pag. 581. col. 2.

FESTVM NATIVITATIS Domini.

* B. ALBERTI MAGNI sermo i.
Ad ea verba Euangelij. Euangelizo vobis gaudium magnum &c. Ad quæ quatuor nota. I. Eum qui Euangelizauit fuisse Archagelum Gabrielem. II. Euangelizatum esse pastoribus vigilantibus, sollicitis & iustis. Per quos quilibet homo pacenda anima praefatus designatur, & conditiones illius.

tus est Iesus, qui est i. Salvator. 2. Christus, 3. Dominus, 4. David, id est manus fortis ut feriat peccatis delinquentes obstinatos. 5. vultu desiderabilis, ut fideles remuneret. IV. Natum puerum ex verbis Angeli, quinque signis inueniri. 1. ex taciturnitate. 2. ex paupertate. 3. ex puritate & munditia. 4. ex gloriosa humilitate. 5. ex egregia charitate. Tom. 12. serm. 5. de temp. a pag. 11. ad 14. col. 2. Eiusdem sermo 2. ad ea verba: Verbum caro factum est. Ioan. i. Vbi explicat. I. Verbum illud esse filium Dei qui dicitur verbum quasi verum bonum. Et tradit Iesum esse verum bonum; quia sine amaritudine, quia est fons omnis beatitudinis, quia æternitas indeficiens. Ut ex contrarijs, quæ sunt mundi, non sunt vera bona. II. docet, quinque de causis hoc verbum carnem esse factum i. Ut in viam iustitiae reuocemur. 2. Ut à peccatorum sordibus lauemur. 3. Ut pereum in peregrinatione cibemur. 4. Ut per eum resuscitemur, 5. ut per eum in patria beatificemur. III. Hoc verbum habitare in nobis i. per fidem & sinceritatem. 2. per corporis & animæ puritatem. 3. per viscerosam charitatem. 4. per gloriosam humilitatem. 5. per timoris soliditatem. Ibid. serm. 6. de temp. a pag. 14. col. 2. ad 17. col. 1.

A L B I N . F L A C C . A L C E V I N I cursus de Natiuitate Domini, in quo annus, dies, & alia ad hanc celebritatem pertinentia notantur, ac mystice iuxta allegoriam explicantur: insuper prodigia hoc tempore, & hac die Romæ visa ad Christum natum referuntur; Denique, quid ecclesiastici ritus, & sacra huius solemnitatis officia designent, ostenditur. Tom. I. Antiquar. Biblioth. P. lib. de diuinis officijs ab ipso Alcuino congetto col. 225. & sequentib. & inter opera eiusdem eod. lib. cap. I. part. 2. col. 1009. & seq.

Eiusdem, homilia de silentio in quo missum est Verbum incarnatum, super illud, Dum medium silentium tenerent omnia & nox in suo cursu, &c. Diuiditur autem in duas partes; Prima agit de triplici silentio, in languore, in cura-